

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Liber de triplici regione claustralium et spirituali exercitio monachorum - Cod. Lichtenthal 135**

**Trithemius, Johannes**

**[Hirsau ?], [06.08.1498 Inkunabel; Handschrift Anfang 16. Jh.]**

Vorwort

[urn:nbn:de:bsz:31-40561](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-40561)

## Ep̄la joannis tritemij abbat̄is

spanhemens̄: in opusculū de triplici regione claustraliū.

**R**uerendis in christo patribus. dñis presu-  
dentibus. diffinitoribus. et ceteris abbatibus  
capli annalis. ordinis sancti benedicti.  
vniōnis et obseruatiōis burffeldensis: frater  
joannes tritemius vocatus abbas in span-  
hem: eiusdem ordinis et congregationis.

magūtine diocesis: reuerentiā et charitatē. **P**arui p̄cep-  
tis v̄ris colendissimi patres: et opusculū de triplici regio-  
ne claustraliū vnacū exercitio spūali monachoꝝ. p̄venera-  
rabilem patrē dñm joannem abbatē burffeldensem nun-  
per editum: sicut mihi p̄cepistis assumpsi corrigendum.

**E**t reuera nisi me auctoritas v̄ra compulisset nunquā ad  
tanti patris p̄clarum opus manū fuisset ausus appone-  
re: quē constat me longe doctiorem et sanctiorem optime  
scripsisse. **Q**uid em̄ corrigere: vbi omnia probatissima  
inueniuntur? **U**ir bonus et deuotus: nō aliter scripsit q̄s  
vixit et decuit. **V**erū tamen ut satisfacerem tā v̄ro imp̄-  
rio q̄s precibus ip̄ius auctoris: totum opusculū breuiori-  
bus quidem licet non paucioribus sententijs reddidi: et  
illud accentibus deseruiens in meū scribendi morem et st̄-  
lum quantū potui reduxi. **O**rdinem vero et materiā prio-  
ris voluminis tenui: formā et dicendi cōsuetudinem pe-  
nitens immutavi. **V**ulga que mihi videbantur vtilia pe-  
ne in omnibus locis addidi: pauca subtraxi: verba nō sen-  
sus in singulis alteravi. **H**oc em̄ ut auderem et iussio v̄ra  
cōtulit: et prefati patris importuna petitio psuasit. **N**on  
lulistis namq̄ ut ex veteri materia opus nouū facerem:  
addiderem quelibet mihi visa congrua: rescarem supflua:  
alterarem immutāda. **F**eci qd̄ potui: mandatis v̄ris obe-  
diui: opus iniūctum pro viribus ingenij mei que tenues  
sunt rescribendo cōsummaui. **S**uscipite nūc igit̄ amari-  
ssimi patres opus nō meū sed vestrū: nō a me cōpositū:  
sed potius rescriptū. **S**i vobis placuerit labor p̄dicti pa-

A ij

quam et post hunc vice deuectum v̄ram habeam sempiternam Amen



tris laudate ingenium: sin autē ppter vilitatē displicuerit.  
meū corrigite impfectum: qm̄ qui materiā ad spūale edī  
ficiū optimā ex impensis alterius habui: p impericiā meā  
structurā ineptam fabricaui. **S**i stultus factus sum: vos  
coegistis me. **S**ive ergo placeat op<sup>9</sup> siue displiceat: mihi  
facius est inepte scribendo vestrum obedienter suscepisse  
imperii: q̄ contra obedientiā tenuisse silentiū. **C**onfido  
tamen non viribus p̄rijs sed meritis alienis: qm̄ opus  
quod charitas edidit: nulli deū amāti displicebit. **O**pto  
paternitates vestras in christo semp manere felices. **E**x  
**S**panhem. xiiij. kalend. **S**eptembris. **A**nno dñice in  
carnationis. **D**.cccc.xcvij.